





19

ORATIO  
DE  
PHILOSOPHIAE IN THEOLOGIAM  
MERITIS

\*\*\*\*\*

AD RECOLENDAM MEMORIAM

B. HERMANNI DE WOLFRAMSDORF  
SVPREMI OLIM AVLAE ELECT. SAX. MARESCHALLI ATQVE  
CONSILIARII INTIMI ECCLESIAE CATHEDRALIS MARTIS  
BVRG. PRAEPOSITI NEC NON DYNASTAE IN MÜGELN  
SAALHAVSEN COLMEN LIMPACH SITTEN KÖSTERITZ  
HARTMANNSDORF DÜRRENBERG ET  
BÖRTEWITZ CET.

CONDITORIS BENEFICII WOLFRAMSDORFIANI

D. XIII. SEPT. 1776  
IN AUDITORIO MAIORE

PUBLICE HABITA

M. CAROLO SAMVELE MULLERO  
KEMBERGA - SAXONE.

VI TEMPERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII  
ACAD. A TYPIS.

*G. Diac. M. Dahlmann.*

*Th. Ene. 15*

О И Т А Д О

И М С О С О П Т И Й З А Н Г О Н И Г

С А Т Т И І М

И А Б К Е М И А С К И М А С А  
И С О С О П Т И Й З А Н Г О Н И Г  
А У Т А М И С И С И С А Т А  
С Т А В И С О П Т И Й З А Н Г О Н И Г  
С О С И В И С И С И С А Т А  
И С А Т А К А С С И С И С А Т А  
И С А Т А К А С С И С И С А Т А

Д Р А Т В А Т С Е

И К А И С С О П Т И Й З А Н Г О Н И Г

Д Р А Т В А Т С Е

М А И О Г С С И С И С А Т А

Д Р А Т В А Т С Е

О Г Г А У И Е М И С И С И С А Т А

Д Р А Т В А Т С Е

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTIS

SIMO DOMINO

D O M I N O

H A N S G O T T H E L F

L I B . B A R . D E G L O B I G

D Y N A S T A E D O E B S C H K A E Z E H I S T A E

G I E S E N S T E I N I I C E T .

S E R E N I S S I M I E L E C T O R I S S A X O N I A E A C O N S I L I I S I N T I

M I S S P L E N D I D I S S I M O E T P R A E S I D I S E N A T V S I N

S A X O N I A S A C R A S V M M I S A P I E N T I S S I M O

D O M I N O S V O I N D V L G E N T I S S I M O

MUSTRISIMO ANNO EXCEPTENTIS

ORATIONEM ANNIVERSARIAM

IN PERPETVI PIGNVS OBSEQVII

HANS GOTTHELF

D. D. D.

THE BAR DE GLORIE

DYNASTIE DUCALISCHAE EPHISTAS

GIESSENSTADTINI

SERUMISSIMI EECOLOVIS SAXONIAE A CONSILIIS HIRI

THE BELANDIDISCOMITAT TRANSIENS SICINATA IN

SAXONIA SCESA SUMMI SALTANTISIMO

M. CAROLVS SAMVEL MULLERVS.

**EXCELLENTISSIME DOMINE**

**DOMINE INDVLGENTISSIME**

*Gratissimo animo iamdudum et pietate permotus occasio-  
nem exoptauit, TIBI, Munificentissime Domine, hos  
sensus publice declarandi, et gratiam suspiciendi, qua TV  
meos parentes, meque cum fratre adhuc ornasti. Quae qui-  
dem facultas nunc mihi sumministratur, partibus impositis,  
renouandi memoriam b. Wolframsdorfii, eamque orationem  
solemni more typis mandandi. Evidem non ignoro, illam  
per se dignam non esse, quae oculis TVIS subiiciatur, quod  
tanquam tiro facundiae neque vim sententiarum, neque copiam  
atque elegantiam dicendi teneo. Attamen confirmat timorem  
eximius TVVS amor in Philosophiam, cuius merita iure  
praedicauit, et accommodatio ad captum iuuenilem, cui non  
deest voluntas honesta in posterum longius progreendi.  
Praecipue vero id specto, ut TIBI, EXCELLENTISSIME*

A 3 DOMINE,

*DOMINE, publice gratias agam demissimas pro beneficiis  
tot tantisque, et praefatio TVO res spesque meas tradam  
praeponenti. Nihil a Deo quotidie cupidius precor, quam  
ut valetudinem TVAM in tuto collocet, GENTEM SPLEN-  
DIDISSIMAM fortunet, immortalemque gloriam felicissimo  
successu omnium consiliorum sapientissimorum amplificet. Quae  
preces si fuerint ratae, venio in spem certissimam, fore, ut  
TV aucloritate TVA felicitatem meam fulcias, quam ego  
diligentia et virtute semper mereri studebo*

*EXCELLENTIAE TVAE  
DOMINE ILLVSTRISSIME*

*summo obsequio additissimus*

*M. CAROLVS SAMVEL MULLERVS.*



## Rector Academiae Magnifice,

*Patres Academiae Conscripti Splendidissimi, Auditores Ce-  
teri suo quisque loco graduque colendi, Tuque Commilitonum  
Generosissimorum atque Humanissimorum concio  
florentissima,*



uanquam libero homine digna doctrina humano ge-  
neri maxima commoda praefat, longe tamen Philo-  
sophia omnes reliquas disciplinas superat utilitate,  
quam ceterae artes ex ea haurire debent. Dolemus adhuc, Ci-  
ceronis Hortensium iniuria temporum perisse, in quo copio-  
fissima eloquentia pulchritudinem et fructus studii sapientiae

per



pertractauit. Attamen leniter ferimus hanc iacturam, quoniam Sadoletus, Pater Purpuratus, felix Ciceronis imitator, eam per Phaedrum compensauit, et scientiam rerum diuinuarum et humanaarum laudibus omnibus sustulit. Quo magis est mirandum, Philosophiam omni aetate tot inimicos habuisse, maxime Theologos, praecipitata ratione, quasi castae doctrinac, tanquam mater haeresium, noceat, et veram pietatem in profanam honestatem vertat. Praecipue dehortationem Paulli clamore magno repetunt: ne decipiarni per Philosophiam! Cauent vero, ne verba Legati Christi ad Theologiam transferamus. Nam temporibus discipulorum Christi vox Theologiae needum frequentabatur, sed, ut e Philone et Iosepho perspicimus, nomen Philosophiae pro ea ponebatur. Saltem Paullus hoc loco Theologiam Iudeorum ante oculos habuit, quia statim commemorationes per manus traditas, et initia inmundana, hoc est legem ceremoniale addidit. Itaque sententiam Apostoli plane relinquemus, si crederemus, eum Philosophiam ex Theologia exterminasse. Potius omnes sani Theologi uno animo docuerunt, Theologiam Philosophia carere non posse. Quis ardenter in defendenda vera doctrina, Calonio nostro sene. Nihilominus in laudem Philosophiae initio operum Philosophorum venustram sententiam praemunivit: Nunquam melius agitur cum Theologia, quam cum Theologi sunt Philosophi, et Philosophi Theologi. Quo maiore fiducia venio ad propositum, hac in oratione merita Philosophiae de Theologia

expo-



9

exponendi, et probandi, non solum illam huic nihil obesse, sed etiam praestantissima commoda comparare. Evidem non ignoro, hunc locum a multis copiose tractatum esse, ob eamque causam superuacaneum videri, illum repetere. Attamen operam nauabo, ut tempora hodierna maxime spectem, quibus Philosophia praecipue colitur, et studiis doctorum hominum incrementum magnum capit. Tunc possum sperare, fore, ut Tu, Rector Academiae Magnifice, Vosque Patres Conscripti Amplissimi, atque Auditores reliqui Honoratissimi, Cives Praestantissimi, me benigne audiatis.

Primum omnium Theologus laboret, ut bonum interpretem sacrae scripturae agat. Nam e monumentis diuinis debent reuelatae doctrinae cognosci et comprobari. Quo vero pacto possunt a nobis inde perspici, si viros diuinos non intelligimus, et verbis eorum lectis idem sentimus, quod ipsi cogitarunt. Hic cernitur ingens discrimen inter superiorem aetatem et nostram. Patres nostri et Maiores laborabant magis de subtilitatibus, in primis e Philosophia Scholastica, et inferebant saepe tricas codicis sacri lectioni. Hoc modo multa dicta deprauabantur, ut viri sancti admiraturi essent, si reuiuiscerent, et legere priora compendia et systemata possent. Nunc vero scripta Veteris et Novi Testamenti studiosius perquiruntur, et rectius enucleantur. Quid autem viam ad hanc meliorem explicationem aperuit? aptior ars interpre-

B

tandi.



tandi. Hic ante omnia praeiudicataam sententiam vitemus, quam multi rerum diuinorum doctores, praecipue superiore memoria, defenderunt. Hac videlicet opinione tenentur, ac si sacrae literae longe aliter sint exponendae, quam monumenta alia profana. Erasmus iam hunc errorem acriter oppugnauit, et iure contendit, libros diuinitus consignatos non alia ratione accipiendos, quam Homerum et Ciceronem. Nam si sermo diuinus debuit perspicue concipi, ad vulgarem hominum cogitandi modum accommodandus erat. Quapropter explicatio eius est perinde comparata, ac profanorum scriptorum. Hanc subleuat logica sana, quae omnia praecpta tradit, quibus et bona translatio in aliam linguam, et vberior declaratio conformari debet. Dum vero hodiernum aetuum, interpretandi facultate sobria, praeterito antepono, illud non confirmo, omnes huius tempestatis doctores aptos interpres esse. Nam si quod fuit tempus, quo tabulae diuiniae misere corruptae sunt, sit certe nunc summis in testi moniis. Undique nouis interpretationibus sacrorum librorum vexamus, et Veteris et Noui Testamenti, quae praescriptiones sanae logicae non obseruant, ab Huetio, viro eruditissimae, maxima diligentia collectas et peruestigatas. Non est negandum, Bahrdianam interpretationem saepe sententiam acu tetigisse. Attamen nimia cupiditas venuste cum delicatulis hominibus nostris cogitandi ac dicendi, frequentius etiam eum induxit, vt a mente prorsus aberraret,

et

❧      ♚      ☙

ii

et verba palam peruerteret. Nec minor multitudo exstat paraphrasium, quibus tamen maximam partem deest perspicuitas, breuitas et accuratio Erasmi. Copiosiores explicaciones non raro sunt minus ferendae, amore nouitatis, quae à pura doctrina recedit, nec quicquam tandem relinquit, nisi religionem meram naturalem. E tot exemplis duo tantum afferam. Alterum spectat satisfactionem Christi, alterum doctrinam de angelis. Quo propensiores sunt multi ad factio-  
nem augendam Socini, eo magis laborant, vt omnes locos obsecurent, qui plane demonstrant, Christum pro nobis mortuum esse. Cum peritus interpres in locis, qui continent praeceptum, propriam significationem relinquere non debeat, audacia non est excusanda, testimonia de expiacione homi-  
num per Christum in partem alienam rapiendi. Hic per san-  
guinem Christi vita intelligitur, per redemtionem exemplar,  
per lotionem sanguine suo imitatio virtutum.

Multo liberius loci sacrae scripturae explicantur, qui de angelis praecipiunt. Hoc ipso anno Halae liber in lucem editus est, qui inscribitur specimen biblicae Daemonologiae, sive inuestigatio doctrinae codicis diuini de diabolo eiusque potentia. Boni genii passim conceduntur. E contrario omnia dicta Veteris et Noui Testamenti, quae de malo genio eiusque operibus agunt, immane quantum perueruntur. Statim ab initio Cacodaemon e Paradiso expellitur, et tota



historia de crimine Adami in allegoriam mutatur. Nonne vero esset irridiculum, geographicam descriptionem situs Paradisi, quae praecedit, allegorice declarare. Nonne poenae facinoris ultimi in proprio significatu inter homines superflunt. Temeritas cadit in sensus, quando cogitationes Euae, sensibus magis obsequendi, quam rationi, in colloquium vertuntur serpentis atque Euae. In novo Testamento sunt interpretationes non meliores. Quid planius de diabolo dici potest, eiusque poenis, diris Iesu, quibus nouissimo die impios ad inferos abire iubet, diabolo eiusque geniis paratos. Hic diabolus per hostem et aduersarium describitur, quasi hi non sceleratis comprehendantur. Attamen historia Gergesrorum etiam hic maximae fuit offensioni. Iam Beckerus in mundo fascinato fuit sine dissimulatione professus, sibi hunc euentum maximas molestias creasse. Wetsteinus, qui alias in obsessis omne ingenium profundit, tacet de hac re gesta. Nouissimi interpretes vere possunt hunc lapidem facile promouere, quos auctor Daemonologiae sequitur celeri passu. Diaboli rogabant, Matthaeus inquit, Iesum. Ille e contrario iubet virum orare nomine opinatorum diabolorum. Hic demens vir, venia ab Iesu data, incurrit postea cum imaginariis diabolis in gregem porcorum, qui confusus concurrit, sequi in mare praecepsit. Nunc credit ille, diabulos reuera ab se discessisse, eiusque phantasia tranquillatur prius bacchata. Quod maximum inuentum Daemonologus finit: adeo sunt  
omnia

omnia vera, et, cuius caput non est plenum diabolis, non inueniet difficultatem. Caput huius interpretis est potius sapientia plenum, imo, quantum quantum est, sapientia. Hanc vero quilibet subulcus deridebit. Nam probe sciunt, vehementi clamore sues magis dissipari, quam ut in vnum congregentur. Quantum debemus logicae, quae nobis tutorem viam aperit, scripturam modeste tractandi, et veram sententiam eius perspiciendi.

Attamen merita Philosophiae in Theologiam latius patent. Sine ea demonstrationem non perficeremus, biblia diuinitus tradita. Nam si ad testimonia ipsius scripturae prouocaremus, orbem in demonstrando committeremus, et ludionibus Religionis ludibrio essemus. Quo magis in subsidium vocemus naturalem Theologiam. Haec persequitur signa propioris revelationis, et probat indubitatis argumentis rationis. Tunc ea accommodamus ad Biblia, et monstramus, omnes hasce notas eis conuenire, vnde possumus patet, nostrum sacrum codicem nomen oraculorum diuinitus editorum mereri. Doctrina et officia sunt in scriptura sacra sparsa, quapropter ea Theologus in Thesi et disciplina morum in ordinem redigere debet. Hunc discit e Philosophia, ut res definita recte, totum diuidat, exinde indubitata principia ducat, e quibus deinde dubias sententias confirmat, et vtiles consecutiones repetit. Ratio quidem est utilior in talibus locis, qui mixti nominantur, quia et ex ratione,



tione, et e scriptura sacra cognoscuntur. Attamen ratio non potest etiam in ipsis puris doctrinis religionis neglegi. Has non licet ex illa explicare, non fulcire, sed illustrare ac defendere. Quam concordiam fidei et rationis nemo acutius et fructuosis pertractauit, Leibnitio, in parte prima Theodiceae. Vnum exempli causa proferamus. Proprietates Dei nouit etiam ratio. Quid Philosophia in his Theologiae profuerit, statim cadit in oculos, si libros superiorum Theologorum cum hodiernis componimus. Quam perspicue dotes diuinae definiuntur, quanto acumine distinguuntur, longe maiore numero, ex quo Wolfius naturalem Theologiam limatiore iudicio elaborauit. Mysterium sanctissimae Triados, quod omnem captum mentis nostrae superat, non potest ratio ad liquidum perducere. Probabiles tamen rationes habet, quibus attentio nostra mouetur, quo libentius illud complectamur. Praecipue seruit nobis ratio, ut tela acuta hostium religionis repellamus, et firmemus, hanc rem abstrusam nec sibi ipsis, neque aliis indubitate principiis repugnare. Longe manifestior est opportunitas Philosophiae in Theologia morali, in qua plurima instituta cum ratione fana conspirant. Sacra scriptura praemunit notiones officiorum, virtutum et vitiorum, tanquam res notas e ratione. Maxime subleuat ius naturae Theologum, quo melius iussa religionis explicare, atque a dubitationibus defendere possit. Laudant quidem hodierni Deistae morum doctrinam Christi, tanquam rectam et proximam

mam viam ad virtutem eximiam. E contrario oppugnant eandem aliis in legibus, quasi rationi contrariam. Praeter ceteras contendunt amorem erga inimicos naturae hominum repugnare, qui se ipsi futuri debeant. Hic ratio imperatum longe difficillimum, ut par est, temperet et monstret, pulcherrimam victoriam deportari de aduersariis, eos si beneficiis vincamus. Pars postrema Theologiae est Polemica, quae errores reprehendit. Haec sumit e logica ordinem pugnandi, ne andabatarum more decertemus. Metaphysica vero declarant communes doctrinas, et limitibus circumscribunt. Nihil enim saepius detinetur illis, ad maximos locos obscurandos, et in dubitationem vocandos. Quando sumimus, a diuinitate Christi humitatem in societatem receptam, dictitant, finitum non esse capax infiniti. Quam cito hic impetus potest reprimi, simul largimur, finitum per se et secundum naturam infinitum non capere, sed per supernaturalem coniunctionem emendari.

Hactenus merita Philosophiae de Theologia exponere studui. Sed affert etiam insignem utilitatem, quod nos ad grauissima officia firmissimis rationibus cohortatur. Praecipue commendat nobis gratum animum, tanquam fontem omnium virtutum. Nam quid est pietas? gratus animus erga Deum. Quid amor erga parentes? gratus animus erga illos. Quid est charitas in patriam? gratus animus propter omnia bona, quibus in ea frui licuit. Quis igitur talem virtutem non colat, et omni occasione exerceat.

Hodier-



Hodierius certe dies commonefacit me, et mensae socios,  
de grata memoria euergetae nostri. Quam pietatem! praeſto eo  
maiore contentione, quo propius cum Generofiffimo de Wolf-  
ramsdorf sanguine coniunctus sum, et quo diutius eius benefi-  
cium percipio. Herculem antiquitas nominauit Musagetam, ei-  
que immortalem gloriam tribuit, quia Musas defendit. No-  
ſter Generofiffimus de Wolframsdorf meretur nomen nutrito-  
ris Musarum, quod liberalitate ſua e facultatibus complures  
tot annos aluit. Merito renouamus memoriam tanti nominis,  
merito rosas ſpargimus in eius tumulum, et terram leuem com-  
precamur, merito rogamus Deum, ut genus ſplendidissimum  
vsque ad extrellum aeuum conſeruet, atque etiam hanc fedem  
musarum ſemper tueatur, quo dignitas Academiae perpetuo  
cum gloria viri maneat coniuncta.



Wittenberg, Diss., 1774-76

ULB Halle  
004 335 880

3



f

5b.







19

ORATIO  
DE  
PHILOSOPHIAE IN THEOLOGIAM  
MERITIS

AD RECOLENDAM MEMORIAM

B. HERMANNI DE WOLFRAMSDORF  
SVPREMI OLIM AVLAE ELECT. SAX. MARESCHALLI ATQVE  
CONSILIARII INTIMI ECCLESIAE CATHEDRALIS MARTIS  
BVRG. PRAEPOSITI NEC NON DYNASTAE IN MÜGELN  
SAALHAVSEN COLMEN LIMPACH SITTEN KÖSTERITZ  
HARTMANSDORF DÜRRENBERG ET  
BÖRTEWITZ CET.

1776  
6a

CONDITORIS BENEFICII WOLFRAMSDORFIANI

D. XIII. SEPT. 1776  
IN AUDITORIO MAIORE

PVLICE HABITA

M. CAROLO SAMVELE MULLERO  
KEMBERGA - SAXONE.

VITEMBERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII  
ACAD. A TYPIS.

*Dr. Diac. M. Dahlmann.*

*T. Enr. 15*